

CAPUT XXIII.

De exitu Israelitarum ex Aegypto. Scaligeri & aliorum sententia.

ANNO mundi 2453. Periodi Julianæ 3217. migrasse ex Aegypto populum Israeliticum, non solum ex annorum epilogismo, qui ab orbe condito lapsi sunt, concludit Scaliger; sed etiam ex duplici caractere demonstrativè colligi putat. Summa demonstrationis hæc est. Duo sunt caracteres hujus epochæ. Prior feria Neomenia mensis Paschalis, quæ fuit quinta. Alter, quod quadragesimus annus hujus epochæ, quadragesimus sextus, quinquagesimus tertius, sunt hebdomadici. Denique quod annus CMV. ab eadem epocha, & hebdomadicus est, & tertius Olymp. XLVII. Hæc omnia concurrere simul nequeunt, nisi in annum Per. Jul. 3217. mundi 2453. qui erat Judaicus 2264. Quod mensis primus à feria v. cæperit, ostenditur ex cap. XVI. Exodi. Ibi Hebræi in desertum Sin pervenisse dicuntur quindodecimo die mensis secundi, com. i. sexta die post decimam quintam, fuit pasceve, ut ex com. 5. 22. & 23. colligitur. Et enim postridie, quam in desertum Sin venerunt, manna de celo pluit, hoc est XVI. die mensis secundi, & septimo die, qui fuit XXII. mensis, Sabbatum incidit. Igitur si mensis secundus XXI. dies Sabbatum fuit, consequens est mensis antecedentem, qui haud dubie triginta dies habuit, à quinta feria cœpisse. Dividantur enim dies LII. per septem, restant 3. Ergo ut fiant 7, addenda sunt 4. adeoque feria v. caractere est Neomenia Nisan.

Quod autem Sabbatici fuerint ab anno Exodi, sequentes illi, XL, XLVI, LIII, & CMVIII. hinc erunt. Cum Deus septimo quoque anno vacare terram edixerit; septenarius hic annorum orbis inchoari non potuit, antequam in terræ possessionem pedem posuissent. Atqui anno demum XLVI. à migratione 2453. & agrorum divisio contigit. Ab eo igitur deinceps anni VII. numerari cœperunt, & XLVI. iste Sabbatici vicem fuit; primus verò Sabbaticus 4007, non 4004, fuit LIII; & indeque ceteri, & CMVIII, de quibus suo loco. Hac demonstratione fretus Scaliger, & Scaligerianorum turba necessarîo concludunt, annum Exodi in Per. Jul. esse 3217. Hoc enim anno æquinoctium concurrebat Aprilis II, quo Neomenia Kriones commissa, eodemque Nisan Judaicus, cujus caractere 5, 17, 552. Erat cyclos Solis XXV; litteræ ED. Ideo Apr. II, feria v, cyclo Luna VI. In hæc, uti dixi, sententiam conspirant Scaligeriani omnes; quam & Cappellus amplexus est. qui etsi in annis mundi non consentiat, ejus tamen annus 2503. quem Exodo præfinit, cadit in hunc ipsum Per. Jul. 3217. Temporarius verò novilunium anno illo, quem mundi numerat 2509. accidisse vult Apr. x. plenilunium verò Apr. XXV. feria v. Ergo cyclos fuit Luna VIII. Etque Periodi Jul. 3200. à quo & Buntingi annus mundi 2454 uno tantum anno discrepat. Convenit enim Periodi Julianæ 3199. cyclo Solis & Luna VII. quo Nisan iniiit Martii XXIV. feria I. uno die post medium novilunium, quod incidit in XXIII. Martii paulo ante Solis ortum.

CAPUT XXIV.

Quæ à Scaligeri, ejusque discipulis de Exodi tempore demonstrativè colliguntur, excutiantur, ac refelluntur omnia.

QUONIAM temporis illius æra, quo Israelitæ ex Aegypto migrarunt, Moyses prætermisit, integrum quem videtur quem velit diem, ac feriam præferre, dum & consentaneè loquatur; neque ceteros vult quodam Dictatorio jure suam in sententiam vi & potestate cogendos arbitretur. Quod nisi Scaligeriani ipsi præcipue facerent, facile ipsos paterer in ea, quam amplexi sunt, opinione consistere. Est enim non penitus probabilis. Verum quod eam ipsam certifi-

ma demonstratione niti, ac proinde solum esse veram dicant, ceteras damnet, ac rejiciant omnes; ostendat id ab illis immeritò, nec sine magna temeritatis culpa fieri. Hoc enim nobis hoc in opere maxime propositum est, ut si minus certa constituerit ac definire possimus, saltem ea quæ dubia sunt pro certis obrudi minime patiamur; sed unamquamque rem sincerè ac philalibet æstimemus. Quæ nos opera, & industria non parvam à veritatis, & historiae studiosis gratiam inturos esse confidimus: qui si nondum scientiam addiscent: at falsam de sua opinione fiduciam, dedocili à nobis convicique deponent.

Igitur Scaligeri de anno exitus Israelitarum ex Aegypto partim ex Scripturæ testimoniis; partim ex ea, quam probabilem iudicat, anni descriptione nascitur. Horum si alterum iustitiam, vim omnem definitio- nis illius & auctoritatem extorfero. multò id verò magis, utrumque si argumentum docuero leve & imbecillum esse; conjecturamque, non, ut isti falso jactant, demonstrationem merito censeri. Primus è Scriptura caractere illius anni inde petitur, quod Exodi XVI. 1. Israelitæ quindodecimo die mensis secundi pervenerint in desertum Sin; & postridie manna pluerit cæperit. Verum utrum eodem ipso quinto decimo die murmurare populus cæperit, ac XVI. die manna colligi cœperit sit, Scriptura non indicat; neque prohibet unum, alterumve diem, aut etiam plures interjectos credere. ut exempli gratia; XVI. vel XVII. die populo murmurante, XVII. vel XIX. aut altero, Deus manna depleverit. Ita frustra Scaligerianorum turba laborabit, & indubitanter fe anni istius characterem reperisse gloriabitur. frustra dux gregis illius contraria sententia hoc decreto percellere conabitur. Mirum Lib. v. Lib. v. Hebraici, cujus Neomenia Æthanum XIIII. Octob. convenit. Quæ omnia nugacissima, solidæque rationis vacua esse lib. III. planum fecimus. Denique quod ter- tia decima Nisan egressos ex Aegypto scribit Israelitas, & eadem die ad vesperam, à qua cœpit XIV. Pascha celebrasse; id verò probari minime potest. Nam Pascha tunc legitimo die vel idè maxime celebrare decuit, quod primum illud Pascha ceterorum deinceps esse regulam oportuit. At Paschatis tempus non ea vespera fuit, quæ decimam tertiam excipiens in XIV. desineret: sed quæ inter XIV. & XV. esset interjecta.

Alterum characteris generis, quo tempus Exodi firmatur, est annorum Sabbaticorum series, quæ ab illis contextitur. de qua propria sequenti capite instituenda disputatio est: ex qua demum intelligitur, nihilo solidius firmamentum opinionis istius inde esse quaeritum. Nam si prima dies mensis est feria I. vigesima secunda itidem feria I. sit oportet. At idem auctor, post secundum Sabbatum, quod contigit XXIII. die Iar, aliud confert in sextum diem mensis tertii. Hic est Siwan, cujus si VI. dies est feria VII. postremus dies Iar erit feria perinde septima; & quoniam Iar cavaus est, eadem feria VII. in ejus Neomeniam incidet, & in XXII. diem, non in XXIII. nisi plenum hunc mensis tum fuisse velit. Sic enim & Neomenia Iar, & XXII. dies eidem feriæ competent. Sed rursus Nisan plenum facere oportebit. Si enim Neomenia Nisan ineat feria VI. & Sabbatum conveniat in XIV. ut illi placet; XXII. dies, & XXIX. ut & XV. feria prima; XXX. Sabbato contigerit. Verum Nisan, atque Iar plenos continuari contra methodum est recentioris anni Judaici. At ommissis Hebræis, negamus ex Mosis verbis certò posse colligi, Sabbatum cum XXII. die mensis Iar concurrisse. Itaque characteris illi 4007 & obzeta, quam luculentam observationem appellat Scaliger. Præter hæc, Neomenia Nisan ab eodem Scaligerianorum grege confertur in Aprilis II. quo & æquinoctium committitur volunt. Quorum duorum concursus pendet ex anni lunaris, & Tropici rationibus. Atqui nec illud imprimis satis constat, utrum lunarem annum observaverint Hebræi: & quamvis usurpasse probabile sit; tamen utrum Neomenia Nisan in II. Aprilis incidit an pridie, vel postridie commissa sit, ignotum nobis est. Nam neque lunarem annum mediis Luna motibus respondisse necesse est, & à Luna visione Neomeniam inchoasse veteres, Magistrorum fert opinio.

De æquinoctii tempore ac die haud minis incerta res videtur. Quod enim Aprilis II. contigerit, ex Alphonfina

Alphonfina Tropici anni mensura dependet, ad quam cœlestem annum Scaliger exegit. Eam porrò cum illis temporibus congruere, nulla conjectura persuadet. Imò verò longè tum ab accuratis, ac cœlestibus Solis motibus abhorruisse, quæ quarto libro de Tropico anno dicta sunt, ostendunt. Ac si Coperniceæ anni doctrina placet, quoniam quidem tardissimum tunc erat Tropici anni circuitus, sub ipsum videlicet revolutionis anomalia principium, quam ab anno circiter Periodi Julianæ 2933. inisse, illic docuimus; quando anni modus est longè maximus, & æquinoctiorum tardissima præcessio, quæ CCCXXI. annorum spatio unum diem colligit: ex hujus igitur doctrinæ fontibus, æquinoctium apparet in v. Aprilis incidit; medium verò Aprilis VI. quod ex Prutenicis calculis Buntingus observat; qui Neomeniam Nisan Martii XVII. feria I. novilunium vicefimo tertio tribuit, anno Periodi Julianæ 3199. Ex Parisiis verò Tabulis; æquinoctium medium Aprilis v. hora 13, 43'. contigit. Verum autem Aprilis IV. hora 4, 4'. post medium noctem. Mera itaque vaticinatio est Scaligeri de æquinoctio Exodi tempore, deque die ac feria, quæ primum Pascha celebratum est. quæ frustra demonstratione colligi putat. In Ifagogicis autem Canonibus eadem doctrinam ita prædicat: Nulla est tam vestita epocha, quæ ut demonstrativè notis prædita sit, quàm hæc: ut verè possit eam vocare matrem certarum epocharum. Addit, Non sine causa Deum famulo suo Moysi præcepisse hæc Neomeniam habere principem omnium mensium lunarium. Cujusmodi verò demonstrativa illa sint Inyphæta, hucque declaravimus. Nec dissimilis nota est, quod illum ipsum annum Exodi fuisse dicit quinquagesimum tertium Tetracoseteridos Tropice: in hoc verò libro quinquagesimum tertium Heled verò existisse, qui adversus verba Mosis negens; secundi mensis Neomeniam in Sabbatum incidisse. Atqui id Mosis ex verbis demonstrativè, ut idem loquitur, effici nullo argumento potest. Neque enim aut murmur eodem ipso, quo castrametati sunt, die contigisse: aut postfridie, quam stativa ibidem habuerunt, manna pluisse Moyses ostendit. Quare sola est conjectura; quam admittere, aut repudiare, cuivis salva Scripturæ auctoritate licet. * Hebræi certè in Seder Holam cap. v. primum mensum voluit à feria VI. inisse; cujusque decimam quartam fuisse feriam v. Iar autem à feria I. Quamquam haud secum iidem illi Hebræi concordant; dum & feria I. cœpisse volunt mensum Iar, & nihilominus XXII. die fuisse Sabbatum. Quod est avaxo 370. Nam si prima dies mensis est feria I. vigesima secunda itidem feria I. sit oportet. At idem auctor, post secundum Sabbatum, quod contigit XXIII. die Iar, aliud confert in sextum diem mensis tertii. Hic est Siwan, cujus si VI. dies est feria VII. postremus dies Iar erit feria perinde septima; & quoniam Iar cavaus est, eadem feria VII. in ejus Neomeniam incidet, & in XXII. diem, non in XXIII. nisi plenum hunc mensis tum fuisse velit. Sic enim & Neomenia Iar, & XXII. dies eidem feriæ competent. Sed rursus Nisan plenum facere oportebit. Si enim Neomenia Nisan ineat feria VI. & Sabbatum conveniat in XIV. ut illi placet; XXII. dies, & XXIX. ut & XV. feria prima; XXX. Sabbato contigerit. Verum Nisan, atque Iar plenos continuari contra methodum est recentioris anni Judaici. At ommissis Hebræis, negamus ex Mosis verbis certò posse colligi, Sabbatum cum XXII. die mensis Iar concurrisse. Itaque characteris illi 4007 & obzeta, quam luculentam observationem appellat Scaliger. Præter hæc, Neomenia Nisan ab eodem Scaligerianorum grege confertur in Aprilis II. quo & æquinoctium committitur volunt. Quorum duorum concursus pendet ex anni lunaris, & Tropici rationibus. Atqui nec illud imprimis satis constat, utrum lunarem annum observaverint Hebræi: & quamvis usurpasse probabile sit; tamen utrum Neomenia Nisan in II. Aprilis incidit an pridie, vel postridie commissa sit, ignotum nobis est. Nam neque lunarem annum mediis Luna motibus respondisse necesse est, & à Luna visione Neomeniam inchoasse veteres, Magistrorum fert opinio.

De quo tempore epocha Israelitica migrationis incidit, ubi & annorum ab Abraamo ad exitum numerus, & primi mensis tempus illustratur.

CAPUT XXV.

Quod in tempore epocha Israelitica migrationis incidit, ubi & annorum ab Abraamo ad exitum numerus, & primi mensis tempus illustratur.

SCALIGERIANI decreti si non convicita falsitate; sat castigata certè temeritate, qua dubiam, & incertam opinionem levissimis conjecturis innixam demonstrationis locum habere jussit; superest, ut nostram de eadem quaestione sententiam explicemus. quam quidem probabilem haberi dumtaxat volumus, ac tandem retineri, dum melius aliquid occurrat, & firmitioribus argumentis adstruam. Annum exitus Israelitarum à rerum conditu esse 2453. assentimur Scaligeri: non ita tamen, ut id necessarîo, & ut ille loquitur, demonstrativè concludi patemus. Hic enim valet illud imprimis, quod in duplici epocha, Diluvii, & natalis Abraami considerandum docuimus; quoniam ex genealogiarum subductione, quæ in Mosis historia continetur, annorum summa petitur: incertum est autem, utrum anni omnes illi solidi, completeque fuerint, qui pro completis nihilominus habentur: propterea tempus epocharum illarum certum, ac sine dubitatione minime posse constitui. Idem etiam de hoc intervallo ab ortu Patriarchæ ad Israelitarum exitum suspicari fas est. Verum quod non liquet quot è collecta summa ad accuratam annorum putationem demendi sunt; ideo sic annos cum vulgo Chronologorum subduximus, quasi integri omnes, nec ullis mensibus defecti fuerint, neque ad rotun-

dum numerum complectendum uno alterove plus minus Scriptura posuerit.

Quocirca annorum ab Orbe condito numerus ad exitum Israelitarum ex communi sententia totidem annis, quos diximus, circumscriptur, exceptis iis, quibus Cainan institutus inculcandus videtur. Ad Diluvium dicitur anni sunt 1656. Inde ad natalem Abraami 292. sunt anni 1948. Reliqui sunt 505. qui ad Exodum ita describuntur. Abraamus anno ætatis suæ LXXV. finito, è Mesopotamia in Chananaam migrare jussu promissionem divinitus accepti filii, in quo benedicentur cognationes omnes terræ, Genes. XII. 3. eodemque tempore pollicitus est illi Deus; se daturum ejus posteris terram hæc, in qua peregrinaretur. Sentini, inquit, tuo dabo terram hæc, com. 7. Ab hoc tempore ad Legem à Moysè datam, anni sunt ccccxxx. vertentes; ita ut anno ccccxxxii. edita sit. Quod Apostolus docet Gal. III. 17. Ibi enim postquam dixit Abrahæ femini, non feminibus, promissionem esse dictam, subjicit: Hoc autem dico: testamentum confirmatum à Deo quæ post quadragesimos & triginta annos facta est Lex, non irritum facit, &c. Ita post ccccxxx. annos lex à Moysè perlata videtur. Quos quidem annos ita Chronologi, partim ex auctoritate Scripturæ, partim ex conjectura, partiuntur. Ad ortum Isaaci à promissione ad Abraamum divinitus edita, anni sunt xxv. Nam centenario jam patri natus Isaacus, Genes. xxv. 26. Isaacus anno 60. Jacobum genuit, Jacob anno ætatis suæ cxxx. in Aegyptum descendit; Genes. XLVII. 9. sunt ab Abraami ortu ad xabodon anni cccc. Hinc ad mortem Josephi, anni lxx. Vixit enim ille annis cx. plenis, Genes. I. 25. Agbat autem quadragesimum, quando patrem cum suis venientem suscepit. Nam triginta annorum erat, quando primum Pharaoni est oblati; Genes. XLII. 46. quando autem Jacob descendit, septem jam anni fertilitate insignes, & duo famis præterierant: quinque restabant, Genes. XLV. 6. Proinde tricesimo nono jam expleto, quadragesimum attingerat Josephus. Colliguntur à nativitate Abraami ad Josephi obitum anni cccclx. Moyses octoginta erat annorum, quando populus ex Aegypto migravit, Exod. VII. 7. Hos si de cxxv. deduxeris, qui à Josephi morte ad Exodum lapsi sunt, reliqui erunt lxxv. ab obitu Josephi ad ortum Moysis. Ita ab natali Abraami ad migrationem Israelitici populi anni sunt lxxv. ab orbe verò condito, mccccclxii. Quæ annorum summa, non demonstrativè, ut falso Scaligeriani autumant, sed probabiliter, & chronologicè colligitur. Nam si quis pertinacius obstitere voluerit, præter illa, quæ supra proposuimus, urgeri amplius potest; non constare, utrum anni illi ccccxxx. post quoque legem datam esse Paulus testatur, præcisè sic accipiendi sint; ut annus Abraami lxxxvi. sit illorum primus an lxxxvii. ita ut exeunte lxxxvi. promissa sit Abraamo foboles. Tum utrum subinde ccccxxx. annis expletis, & in ipso ccccxxxii. lex in monte lata sit, an post unum, alterumve annum ab illis expletis, an labente quadringentesimo tricesimo. Pro hac enim varietate putandi, uno, aut duobus, aut tribus; aut eo amplius minusve, si Moysen rotundum numerum expressisse quis dicat, minuenda vel augenda erit annorum xv. summa.

Hæc de intervalli illius annis tritæ ac pervagatæ sententiam contrariis alii opinionibus, & argumentis oppugnant. Quippe quadragesimos & triginta annos à Paulo numeratos diversis ab epochis ordiuntur. Genebrardus à descensu Jacobi in Aegyptum. Cui & Scripturam suffragari putes. Nam & Genes. xv. 13. Deus Abraamo prædixit, cccc. annis affligendos esse posteros ipsius in terra non sua. Et Exod. XII. 40. sine ambage Moyses. Habitatio, inquit, filiorum Israel, quæ manserunt in Aegypto, fuit quadragesimorum triginta annorum. Sed eadem opinio, quæ Scripturæ verbis insidit, partim ex Pauli auctoritate; partim ex ipsa Mosis genealogia validissime confutatur. Fuit enim Moyses filius Amram, Caathi nepos, Levi pronepos. Caath cum reliquis fratribus, & Levi patre profectus est in Aegyptum, Genes. XLVI. com. 12. Vixit annis cxxxiii. Exod. VI. 18. Amtam verò cxxxviii. com. 20. Moyses octogesimo annum agens populum eduxit. Si hos omnes annos colligas, non plures efficies, quam ccccl. vel cccxlvi. ut avum, ac patrem Moysis fingas paulò ante mortem filios, qui in serie numerati sunt, genuisse. Deductis autem annis, quibus filios cum parentibus vixisse

Ratio temporum ab orbe condito ad exitum Exodum.

Apostoli locus explicatur.

Genebrardi falsa sententia.

* Augustinus alter Tom. IV. lib. Quasi. Novi. Test. quæst. xcv.

EX
HEMETH
E

DE DOCTRINA TEMPORUM,

III. Tertius Sabbaticus est, quo Hierosolyma ab Herode, & Sosio capta, Agrippa & Caninio. Cuius auctore Josepho lib. xiv. cap. xxviii. ubi & Sabbaticum annum fuisse docet. Incidit Consulatus iste in annum Periodi Julianae 4677. Quare ab Autumno anni 4676. incit Sabbaticus.

Hactenus itaque demonstrati sunt anni tres Sabbatici, qui ceperunt ab Autumno annorum in Periodo Juliana 4559, 4578. & 4676. Quod verum esse, arguit intervallum inter eosdem tres annos, quod septenario numero constat. Nam inter 4559. & 4578. intercedunt anni xxviii. inter 4578. & 4676. anni 98. ambo vero septenarii sunt. Ab iis annis in anteriores regredi, & annum primum Sabbaticum inquirere oportet. Quem Scaliger, ut vidimus, decimum quartum ab eo anno statuit, quo in promissam terram pedem intulerunt. Cœpit enim, ex eius sententia, ab Autumno anni Periodi Julianae 3269. mundi 2505. qui est annus quadragesimus tertius ab Exodo. Alii quadragesimum septimum ab Exodo primum Sabbaticum definiunt; parum probabiliter argumentum ducti; quod ab ingressu Palaestinae non à possessione, numerandos esse Deus per Moysen edixerit, Levit. xxv. 2. Verba legis: *Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, Sabbaticis sabbatum Domino.* Sed nimis praefracte meo iudicio verba ipsa legis urgent; quasi statim ab ipso ingressu annales hebdomadas suum cursum tenere voluerit. Atqui proximum ab illo comma demonstrat, agros sex annis conferi, ac meti prius oportuisse, quam à cultura feriantur. Quare negamus antea Sabbaticum ullum celebrari potuisse, quam Israëlita non modo in possessionem missi forent, sed etiam colere institissent. Cum igitur consistet ante xlvi. ab ingressu nondum agros fuisse distributos, & aliquanto post hunc annum septem Tribus adhuc exsortes fuisse, cap. xviii. Josue: absurdum credimus Sabbaticum annum primum illum constitui, qui agriculturalionem omnem antecessit. Nos primum annum hebdomadae annalis sextum exilimamus ab ingressu terrae Sabbaticum verò primum decimum tertium. Annus Exodi, mundi est 2453. mense Nisan. Post xi. annos evolutos sub idem tempus, hoc est anno mundi 2493. Palaestinam adierunt, anno Periodi Julianae 3223. Anno itaque mundi 2498. Periodi Julianae 3228. ante Christum 1486. *αλεγοριαι*, & agrorum assignatio contigit. Primus itaque *γεωργιας* ab Autumno coeptus est ejusdem anni. Sabbaticus denique primus incit ab Autumno anni mundi 2504. Periodi Julianae 3234. Judaico 2282. quo coepit annus ab ingressu duodecimus, si annorum epocham à Nisan repetas; decimus verò tertius ab Autumno. Perpicuum est autem annum istum cum tribus illis, quos fixos, certosque statimus, Sabbaticis congruere. Itaque si annos Julianae Periodi, & computi Judaici per septem dividas, existant anni Sabbatici; quod in annis Mundi duobus minus accidit. Quod mirari nihil atinet. Neque enim Sabbatici anni ab orbis conditu numerandi sunt. Qua in re praeposteram nonnullorum diligentiam ridere solemus, qui annos Sabbaticos ita respondere volunt orbis initio, ut annis mundi per septem divisus, Sabbatici relinquuntur; ejusque concinnitatis studio de iisdem annis mundi demere, vel ad eos addere non dubitant. Quod merito nos otiosum, & frivolum arbitramur.

CAPUT XXVIII.

De Jubileis annis. Resellitur eorum opinio, qui per annos quinquaginta vertentes numerari solitos putant. ostenditur non nisi xlix. plenos annos habuisse.

IN eodem Levit. cap. xxv. ubi sabbaticorum annorum observatio praefcribitur, iussi sunt Israëlitae Jubileum annum tenere. Numerabis quoque tibi (com. 8.) septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quae simul faciunt annos quadraginta novem. Et clanges bucina mense septimo, decima die mensis, propitiations tempore in universa terra vestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae. Ipse est enim Jubileus. Hæc Moyses. Si de Jubileorum annorum celebratione mentio in sacris historiis extaret aliqua, vel apud Josephum; uti Sabbaticorum aliquot vestigia reperimus: minus esset obscura nobis illorum ratio. Nunc cum

nulla istorum memoria usquam facta sit: magne ac difficillimæ questionis locus restituitur: utrum Jubilei anni quinquaginta, an quadraginta novem annis definiti sint. Quæ de re utrimque acerrimè certatur à Chronologis: qui omnes Scripturæ verba ad suam sententiam transferre conantur. Qui enim quinquagesimum annum præcisè Jubileum faciunt, urgent illud imprimis, quod cum Scriptura hebdomadas annorum vii. numerari iusserit; id est xlix. annos, subinde ambiguitati consulens, quinquagesimum hunc annum esse dicat. Alii ex adverso Jubileum omnem eundem cum Sabbatico statuentes, hunc ipsum quinquagesimum esse volunt, inclusis ambobus terminis, nempe priore ac posteriore Jubileo, eodemque Sabbatico. Nos ne longiores simus in commemorandis atque expendendis patris utriusque momentis, in eorum propensiores sumus sententiam; qui Jubilei spatium præcisè septem annorum hebdomadibus, sive xlix. annis circumscribunt. Movent nos ut ita sentiamus argumenta ista potissimum. Deus Opt. Max. Jubileos annos eadem ratione instituisse videtur, quæ Sabbaticos, & hebdomadas dierum, nempe ut quemadmodum septimum quemque diem peculiari quadam religione consecravit; ita septimum annum celebrari voluerit, ac denique septimum hebdomadis septime, velut hebdomadam clausulam. Sanè in illo loco Levit. xxv. eadem proportione jubet, ut hebdomades septem numerentur, qua paullò antè decreverat, ut anni septem putarentur, quorum septimus solenni aliquo ritu celebraretur, perinde ac Sabbaticus septimus: qui præter ordinariam communemque Sabbaticis reliquis feriacionem, multis aliis religionibus, ceremoniisque præditus fuit. Præterea quod ex illa opinione sequitur, quæ quinquagesimum annum Jubileus emittit; minus credibile videri mihi solet, nimirum duobus annis continuis à cultura cessatum fuisse, Sabbatico, & sequenti Jubileo. Tum illud: post unius, aut duorum, aut trium annorum fementem ac messem, subinde Sabbaticum, & requietum annum intercessisse.

Ponamus annum ante sæculi hujus initium, nempe mdcxix. Sabbaticum fuisse, annum verò mdc. Jubileum: tum quædam quinquagesimum annum addidit videlicet ad annum mdcxix. quadraginta novem: Jubileus autem ex illorum opinione, qui quinquaginta solidos ac vertentes annos præfinitur, erit mdcx. Ita unus tantum arationis & operæ annus, inter mdcxviii. & mdcxi. interceptus est. Rursus annus mdcxviii. Sabbaticus erit; Jubileus autem, mdcxi. Ita biennio tantum agriculturalionis vacabitur. Proximo verò Jubileo triennio: atque adeo pro sex illis annis, quibus ante Sabbaticum feri comportarique fruges Deus edixerat, duæ dimidiatae dumtaxat hebdomades continuabuntur; quarum prior à Sabbatico ad Jubileum, uno, aut duobus, aut tribus, aut quatuor, aut quinque annis comprehensa; posterior à Jubileo ad proximum Sabbaticum, quinque similiter, aut quatuor, aut tribus, aut duobus, aut uno anno terminabitur. Cujus tam inusitati ritus, & observacionis nullum in veteri lege, aut historia vestigium extaret; neque de ea re Judæos admonitos esse; mirum & incredibile proferis existimo. Certè nunquam id Moyses prætermisisset; neque tam præcisè sex annis arari obferique agros instituisset: tum ne diffidentia, & inopie timor obreperet, non uniusmodi singularem illam atque extraordinariam terræ fertilitatem ostendisset, quæ ob Sabbatici anni cessationem, triplicato fœnore credita sibi femina rependeret, com. 21. Quod enim trium annorum fructus illic de ordinariis Sabbaticis intelligendi sunt, paullò post aperiemus. Atque hæc posterior ratio adversus illos propriè pugnat, qui Sabbaticos annos suum perpetuò cursum habuisse concedunt, neque à Jubileis ipsis computatos existimant, ut si verbi causa in exemplo superiore Sabbaticum annum velis esse mdcxlix. qui post mdc. quadragesimus nonus occurrat; ita mdcxix. uti semper *αλεγοριαι* Sabbatici cum Jubileis continentur. Hoc enim qui sentiunt, ne refutatione quidem digni sunt: quæ ex Sabbaticorum annorum inter se comparatione perfacilis est. Nam Sabbaticus quilibet excluso proximè superiore quadragesimo nonus est, nunquam quinquagesimus. Proinde Sabbaticorum ordo nequaquam interruptus est interventu Jubileorum; quod & Toriellus ipse quinquagenarii alioqui Jubilei fautor, agnoscit. Atqui nunquam adducat ut credam post

Occurrit quinquagesimum annum

LIBER NONUS, CAP. XXIX.

post paucissimorum annorum culturam ac laborem statim Judæos quieti ac vacationi sese dedisse; deque ea re, quæ non raro esset eventura, nullam omnino significationem dedisse Scripturam. Nam quod Toriellus in illo ipso cap. xxv. Levitici, ubi Moyses securo esse jubet Israëlitas, neque anxie querere. *Quid comedemus anno septimo, si non severimus, &c.* propterea quod annus sextus trium annorum repræsentatur sit annonam; non ad quemvis Sabbaticum pertinere putat; sed ad eum solum, qui proximè Jubileum antecedit, aut sequitur; frustra est. Etenim de Sabbaticis iisdem loquitur, de quibus com. 4. præceperat, hoc est annis quibuslibet septimis, qui post sex & *γεωργιας* succedunt, de quibus merito dubitari potuit; undenam tunc alerentur, si ab omni labore cessaretur. Quis autem non videt, sollicitudinem illam, inquisitionemque vulgi de iis annis, qui identidem decurrerant, non de iis, qui in unius hominis ætate raro bis acciderent poterant, esse constantem? Quare cum de septimo quolibet anno cogitatio illa quæsiōne succurreret; absurdissimè Moyses ei satisfacere, atque omnem serupulum eximere volens, alia omnia responderet, & de solo Jubilei anno Sabbatico non concurrens loqueretur. Falsa itaque est, & à Scripturæ mente aliena hæc interpretatio. Neque verò causam satis idoneam Toriellus habuit, cur ad illam confugeret, veritus ne non istud explicari posset, quare Dominus annorum trium proventum anno sexto promiserit, cum uni tantum, nempe Sabbatico providendum esset: ex quo etiam suspicatur, annorum Sabbaticorum epocham in verno mense, non in Tisri collocandam. Fuit enim peculiaris ista terra fœcunditas anno sexto concessa, velut in fidei & obsequii præmium: ut non solum in unum annum, quo religionis causâ vacarent; sed etiam in duos sequentes illius annona sufficeret. ut tum verè istud impletum fuerit, quod cap. xxvi Levit. com. 10. promittitur. *Comeditis vetustissima veterum, & vetera novis super-ventientibus projicietis.*

Postremo argumenta omnia, quibus quinquagenarium annorum spatium in Jubileis adstruitur, non multum negotii nobis exhibent. Horum illud putatur esse validissimum, quod Scriptura postquam xlix. annos, id est hebdomadas vii. commate 8. definit, commate 10. subdit: *Sanctificabisque annum quinquagesimum, &c.* ut appareat non ipsum quadragesimum nonum, sed quinquagesimum Jubileum fuisse. Ad hæc plana est, & expedita ratio: cum proximè ante quadragesimum nonum statuisset annum, subinde quinquagesimum appellari, usitata loquendi consuetudine, qua uterque terminus in seriem numerumque conjicitur. Ita Jubileus sequens quinquagesimus annus est à priori. Atenim bis idem numerabitur annus. Quid tum deinde? An non idipsum quotidiano sermonis usu contritum est? Nonne Olympiadicum lustrum *νευτερον ημερα*, & quinquennale spatium veteres appellarunt? Sic & octaeteridem *ενοβιακαιον ημερα*, ut auctor est Censorinus. Adde quartanarum tertianarumque februm appellationes, in quibus profectio & idem dies bis sumitur, & uterque terminus includitur. Piget ista commemorare, quæ pervagata, & facilia sunt. Instat rursus: Si Jubileus annus idem cum septimo Sabbatico fuit; quare Levit. cap. xxv. postquam com. 4. quovis in Sabbatico quietos ab agrorum cultu Judæos esse iussit; com. 11. de Jubileo velut novam sanctionem edixit: *Non seretis neque metetis, &c.* Hoc enim supervacaneè mandatū repetitur, si nihil à Sabbatico Jubileus discrepat. Verum hæc ex abundantia, ut Scriptura solet, & inculcandi gratiâ sæpius iterantur; tamen novum nullum præceptum continent. Cujusmodi præter necessitatem facta repetitio similibus exemplis innumeris comprobari potest. Adde non otiosum videri iteratum illud in anno Jubileo cessationis, ac Sabbaticum præceptum. Cum enim in eundem anno Jubileo, post tubarum clangorem, qui mense septimo, die x. solenni ritu edisolebat, com. 9. in prædiorum veterem possessionem, & in integrum universi restituerentur: poterat illos recuperati agri, ac domesticæ rei constituta dulcedo quadam ad captandos subinde fructus impellere, quo suam egestatem præsentis compendio sublevarent; ac ne biennio toto frugum inopia premerentur. Quod & ipsum legitimum videri potuit; neque adversus Sabbatici anni legem commisitum; quandoquidem prius conferi agrum, metique sex annis præscribit, quam ab opere cessetur. Unde qui in anno Jubileo postliminio in agrorum possessionem mittebantur, dubitare poterant, utrum ex iis famis ac paupertatis præsidium capiendum foret, antequam otium illis indicerent. Proinde & opportuna, & necessaria fuit illa cautio de Jubileo, ut non minus quam Sabbatici reliqui ab agrorum cultura immunis haberetur.

Præter hæc nihil contrarium in partem afferit, quod responsione opus habeat. De Philone ac Josepho quod opponunt, quinquagesimum ab iis annum Jubileum vocari, nihilo sunt illorum conceptiora, quam Scripturæ verba; quæ quo sensu accipienda sint supra docuimus.

Ex iis facile jam erit Jubileum annum primum, ac reliquos designare. Nam si primus annus *γεωργιας* ab autumno coepit anno mundi 2498. Periodi Julianae 3228. Sabbaticus item primus ab autumno anni mundi 2504. Periodi Julianae 3234. ut superiore cap. definitum est: septimus Sabbaticus, idemque Jubileus incit ab autumno anni mundi 2546. Periodi Julianae 3276. Ideo mundi 2547. & 3277. Jubilei censendi sunt; ex quibus facile ceteros investigabis. Sed utrum Judæi pro eo ac iusti fuerant, Jubileos annos, perpetuò servaverint, nullum in sacris litteris indicium occurrit. Et Scaliger in Prolegom. Operis hujus præceptam fuisse dicit, non receptam Jubilei observationem. Qui in Appendice cap. 45. prioris istius opinionis immemor, annum xxvii. cuius meminit Ezechiel cap. xxxix, 17. Sedecia decimum, Jubilei vicefimum septimum esse docet: indèque concludit Sabbaticos annos in Chaldaea servatos fuisse. Idem in Animadversionibus Eusebianis sentit, N. dxxv. *Qui negat, inquit, Judæos rationem Jubileorum habuisse extra fines terræ Israël, abundanter hoc loco Ezechielis. Mira hominis levitas, & confidentia. Nam quod com. i. meminit Ezechiel anni decimi, D. Hieronymus, & alii Interpretes rectè decimum ab initio captivitatis faciunt: qui autem com. 17. vicefimus septimus dicitur, eorumdem sententia ab eadem captivitate numeratur. Cur autem statim post x. annum, xxvii. fiat mentio, causam reddit Hieronymus. *Quia enim, inquit, de Aegypto & superior, & hæc qua nunc dicitur Prophetia contextus; licet diversis sit facta temporibus: tamen quia de una Provincia prophetatur, junctæ sibi sunt. Quod & in Hieremia crebro legitur, ut praeposito ordine tempora describantur. Prius enim Sedecia in quibusdam restat referuntur, & postea Joakin, qui ante eum fuit. Vana est igitur *αλεγοριαι* Scaligeri, qui Append. pag. 45. de caractere illo anni Jobelei xxvi. triumphat, ac sibi soli plaudit, & neminem hæcenus locum istum Ezechielis intellexisse scribit. Sed hic illius mos est, ex levissimis, & nonnumquam perficiè falsis argumentis, certam magnis de rebus pronundare sententiam. Nos igitur eò redeamus; nihil in sacris litteris, aut verò historicis exteris satis expressum legi, unde leiri possit, utrum Jobeleos etiam in Judæa ipsa, nedum in aliena regione, ac deportatione, Judæi servaverint.**

Jubilei anni.

An Jubileos perpetuò tenuerint Judæi.

CAPUT XXIX.

De Ilii excidio: Scaligeriana doctrina summa.

ATRICI anni, Atticæque ac Græcæ Tetraëteridos descriptio fundamentum est Scaligerianæ sententiæ de Iliensi clade. Illius opportunitatem eam esse dicit, ut ex die mensis sciatur quota sit prytañias, modò consistet quotus sit annus Tetraëteridis: & vicissim datis diebus mensis, & prytañias; deprehendatur quotus sit annus Tetraët. Cum autem, ut ex doctrina lib. I. constat, Neomenia anni Græci popularis mensem integrum in forma Juliana peragrent; ut verbi causâ Hecatombæon aliquando incidit in x. Julii, aliquando in vi. Augusti: accidit ut sidus, quod vespere Neomeniæ Hecatombæonis oritur in 1. anno Periodi Atticæ, non oriatur in eadem Neomenia, quando illa erit Aug. vi. Porro ex variis opinionibus ab Ilii excidio ad 1. Olympiadem, eorum tantum habenda ratio, quæ supra cccc. annos, octo, septem, sex, aut quinque numerant. Quæ omnes in mense & die consentiunt; nimirum Thargelionis xxiii. contigit. In annis Tetraët. variant; unde & in Luna quoque ætate discrepat. Nam primo anno Tetraët. xxii. Thargel. est prima Luna. In secundo est vii. In tertio, plenilunium. In quarto est xxii. Luna. Rursus in anno primo die xxii. Thargel. Luna occidit statim vesperti.

Dionysii verba mihi e ad notam sententiam faciunt.

media parte confecto. Siquidem Athenienses à vespera diem initia fumebant. Idcirco placuit in sequenti die...

Solstitium enim, five Cancrì principium vi. Julii statuit. Verum à περὶ ἑσπέρης, aut Prutenicum Solstitium ad hanc historiam affingere supervacaneum est, ac ἀλλότριον.

Verum phasiam Trojæ excidium temporis

Νοῦ μὲν ἢ μισοῦτε, λαμπρὸν δ' ἐπιπέλα στελάνω.

Ubi ἰππιδίων est oriti, ut rectè Scaliger observat. Plenilunium tamen designant alii, ut Petronius.

Jam plena Phœbe candidum extulit arborubar Minora ducenti astra radiantem face.

Virgilius II. Æn. idem tempus adsignificare videtur, cum tacite Lunæ silentia describit; quam septimam lunam fuisse Servius adnotat, sed perperam.

CAPUT XXXII.

De Heraclidarum in Peloponnesum expeditionibus. deque Æolica & Ionica migratione. sum de Homeri tempore.

Celebris est in Græcorum historiis mentio ἡ ἑρκελίδων καὶ ἰωνῶν. sub quod tempus magni tota Græcia motus, & ac rerum commutationes, & aliquot regnorum exordia contingerunt.

Diodorus lib. 17. pag. 18. Pausanias Corinth. pag. 60. scilicet p. 11. Apollod. lib. II. pag. 11. Eusebius lib. v. de Prep. pag. 124.

Hercules Eurythæi metu Tirynthe fugiens; quod oppidum erat Argiæ; ad Ceycem Trachinis in Thesalia regem sese contulit. Hercules mortuo, cum Eurythæus ejus liberos à Ceyce deposceret, isviribus suis diffidens Athenas illos mittit, ac Theseo, cui plus ad resistendum erat virium, commendat. Eurythæus bello Atheniensibus indidit, prælio vincitur, & ab Hyllo interficitur.

Viciores Heraclidæ Peloponneso potiuntur. Sed ingruente pestilentia, post annum oraculi monitu inde digressi (quod prescriptum tempus antevertissent.) Marathonem commigrant. Hyllus postea, Delphico Apolline consulto, justus tertium expectare fructum, post triennium (ita enim responsum interpretabatur.) Peloponnesum aggreditur, ductus per Isthmum copias. Sed infelix expeditionis hujus exitus fuit. Duplici enim oraculo delusus est. Primum id erat, quo τρεῖσιν καὶ ἑξήκοντα ἐξέσπεταρον; hoc est τρεῖσιν καὶ ἑξήκοντα annis accepti. Alterum, quo Aristomacho uni ex Heraclidis Apollinem scitanti proditum est.

Nίκησιν οὐ θάνατον θεοὶ δὲ δόξιο σπύγγων. Victories tibi monstrant. Dii per viam angustiorum humidiorum.

His ambagibus Peloponnesi jugum, quod Isthmon vocant, significari creditum. Est enim angustum, & mari undique verberatur. At oraculum mare ipsum intelligebat, quæ est ad angustias easdem tendentibus via; quam & ἐν γὰρ ἄρα nominabat. Commisso itaque prælio Aristomachus cadit. Hyllus resistens acris Peloponnesis, rcm ad singulare certamen revocat: ea lege, ut utrius partis victor esset, ea Peloponnesum obineret: Heraclides porro, si hostis vincret; non ante quinquagesimum annum in Peloponnesum rediret. Accepta conditione pugnat Echemus Arcadiæ rex, & Hyllum interficit. Diodorus verò post Eurythæi mortem Heraclidas ab Atreo, qui Eurythæo successerat, (ut & libro I. Thucydidis scribit) Peloponnesi aditu prohibitos refert: ac tum Hyllum cum Echemo pugnasse. Nos ex Apollodoro superiora descripsimus. Heraclides ergo Peloponneso pulsi post annos quinquaginta novam expeditionem adornant. Prin-

cipes erant Heraclidarum Temenus, Cresphontes, & Aristodemus Aristomachi filii. Illi ducem expeditionis Oxylum adhibent, luscum hominem mulo insidentem: ideòque τελοφθαλμῶν, qualem adfesci Delphicus Apollo mandaverat. Dum ad Naupactum, cui ex ea re nomen inditum; classem moliantur; Aristodemum fulmine interim enecto, Procles, & Eurythæus ambo ejus filii in paternum locum substituti sunt. Regnabat tum Lacedamone Tifamenes Orestis filius. Heraclidæ Peloponneso in potestatem redacta, trifariam illam dividunt. Temenus Argos fortitus est. Cresphontes Messenam. Procles & Eurythæus Lacedamonem. Oxylus mercedis loco Elidem impetravit: cujus è stirpe Iphitus Lycurgi tempore agonem Olympicum instituravit. Pelopidæ, aliique regionum principes, ac reguli Peloponneso fugere coacti varias sedes sibi quaesierunt. Solum Arcades immoti patriis in locis consistunt. Hoc modo novis Heraclidarum regnis in Lacedamonia, & Corintho præsertim, datum est initium. Sed & passim in Græcia, & Asia propagata colonia. Quarum celeberrimæ sunt duæ, Æolica, & Ionica. Harum prior est Æolica; quæ Penthilo Orestis filio duce, sub Heraclidarum adventum profecta dicitur à Strabone lib. XIIII. annis post Trojanum excidium sexaginta. Ea primùm in Thraciam appulsa: postea in Asiam traducta, Æolidem ibi regionem obtinuit. Ionica verò quatuor γενεαῖς, ut ibidem Strabo refert, Æolica posterior est Tifamenes Penthili frater, & Orestis filius ab Heraclidis Laconia Argifque pulsus; Ægialeos, five Ionas vicissim & ipse Achaiani Peloponnesi regionem occupantes expulsi ἡ ἑρκελίδων ἐπιπέλα τριώντων (ait Strabo) ἀναληφθέντες ὑπὸ Τισυμῆος Ὀρέστου πατρὸς, ὡς ἀπερὴν κληροῦ, πῶς ἴσταν ἰσθμῶν. Heraclidis verum potius, à Tifamene Orestis filio assumpti Ionas adorti sunt. Non bene Interpretæ ἀναληφθέντες vertit, in integrum restituti. Meminit & Polybius lib. II. Ceterum Iones ex Attica in Peloponnesum migraverant. Unde rursus in Atticam regressi, post Codri obitum, Nelo & Androclo ejus filii ducibus in Asiam profecti sunt. ubi oppida plurima condiderunt, & Ioniam de suo vocabulo nuncuparunt. Hæc historis summa.

Pausanias Eliac. I. pag. 150.

Nunc ut migrationum illarum tempora definiamus; Heraclidarum imprimis καὶ ἰωνῶν * vulgo annis LXXX. post Trojanum excidium imputari solet. uti Vellicus, Tatianus, Clemens Alexand. lib. I. Strom. ex Eratosthene docent. At Strabo sexaginta dumtaxat annis posteriorem facit. nec abhorret Pausanias, qui in Messen. post duas γενεαῖς à Troja capta id evenisse scribit, qui sunt fere anni LX. Verum ut cum plerisque sentiamus, prima illorum expeditione anno ultimo Eurythæi contigit, & Atrei primo. hoc est Juliane Periodi 3509. ante Trojanam ἀλωσιν, anno XXI. Postrema post annos ab eadem ἀλώσει octoginta: adeoque Per. Jul. 3611. quæ est annus à prima expeditione circiter centesimus. Hoc modo falsum erit, quod Diodorus affirmat; in illo cum Atreo conflictu pactionem hanc interpositam, uti post annos quinquaginta redirent; itaque esse factum. Sic enim triginta dumtaxat annis post excidium Trojæ ἑρκελίδων καὶ ἰωνῶν accidisset. quod veterum auctoritate falsitatis arguitur. Non dubito quin Diodorus hallucinatus sit, & veriora scripserit Apollodorus. Hæc est illa posterior καὶ ἰωνῶν; quam velut nobilissimam epocham veteres Chronologi frequenter usurpant. Ab ea historici celebres, Ephorus, Callisthenes, Theopompus historias suas exorsii sunt. ut auctor est Diodorus lib. IV. In idem tempus Æolica migratio conjicienda videtur. At Ionica longè postea. Strabo lib. XIIII. (quod non sequimur) quatuor γενεαῖς posteriorem Æolica fuisse scribit, uti paulò ante diximus, Ionicam. Eratosthenes apud Clementem annis LX. cui consentit Aristarchus, dum Homeri natale in δούλιαν tempus conjicit, antumque ab expugnata Troja cxi. Totidem enim conjunt ex LXXX. & LX. Atqui Philostratus in Euphorbo annis cxxvii. ἢ τὰ Τρωϊκὰ Ionicam coloniam profectam esse dicit. Nec abhorret Herodotus; qui in Homeri vita Lesbum habitari per oppida captam ait ὑπὸ τῶν ἑρκελίδων ἑξήκοντα annis cxxx. quod ab Ionibus factum videtur.

Diodorus castigator

* Ita Thucydides lib. I. pag. 10. Πρωτίνω.

Ex iis Homeri atas colligi potest. qui paulo post Ioni- cam migrationem exiitit; si quid Herodoto credi- mus. Nam in calce vite Homeri sic ille concludit. A Trojana expeditione ad frequentatam oppidis Lesbon, anni sunt cxxx. Hinc ad Camæ, quæ Hælica, & Phri- cotis appellata est, conditum; anni viginti. Post octo- decim deinde annos à Cumanis condita est Smyrna. quod est tempus natalis Homeric. Colliguntur à Troja capta ad Homerum, anni clxxviii. Addit ab Homeri ortu ad Xerxis transitum annos intercedere 622. Sed fallitur. Non enim plures, quam 536. interjecti sunt. Capta est Troja anno Per. Jul. 3530. Xerxis abhinc anno 4234. Intervallum anni 704. Deduc annos 168. quibus Troja posterior est Homerus. Consent anni 536. Itaque post Ioniacam migrationem natus est Homerus annis 28. Alii vetustiorum paulo fuisse censent. alii hand paulo recentiorum. Philochorus apud Clemen- tem annis 180. post Trojanam cladem. Aristarchus in Commentariis ad Archilochi carmina, ad ipsum re- fert migrationem Ionicam tempus Apollodor centum annis post migrationem collocat: quando Lacedæmo- ne regnabat Agæsius Dorysiæ filius: adeo ut Lycu- rus eum viderit. Euthymenes æqualem illum Hesio- di facit, ducentis post Trojanum excidium annis. Era- tosthenes centum annis post Trojanam calamitatem. Theopompus quingentis horuisse memorat. Eupho- rion circa Olympiadem xviii. Sosibius nonaginta annis ante primam Olympiadem. Hæc opinionum de Homeri tempore non minor quam de patria diversitas. Nos Herodotum sequemur.

CAPUT XXXIII.

De Lacedæmoniorum, & Corinthiorum regnis ab Heraclidis fundatis.

POST Heraclidarum καθεδον, ac Peloponnesum eo- rum armis occupatam, mox regna potissimum duo consecuta sunt; Lacedæmoniorum, & Corinthiorum. Lacedæmoniorum reges ante Heraclidas fuerant, Tyn- daridæ: quorum postremus Tifamenes fuit Orestis fi- lius, quo regnante Dorienfes Heraclidæ Peloponnesum occuparunt. atque inter ceteras regiones Laconicam præcipue suo quodam jure sibi vindicarunt. Ferunt enim Herculem Tyndarum ab Hippocoonte pulsam in regnum ea lege restituisse, ut illud posteris suis tam- quam depositum servaret. Auctor Diodorus lib. iv. Igitur pulso Tifamene Aristodemi filii duo primi ex Heraclidis Lacedæmone regnarunt. quod incertum esset uter utro prior in lucem exisset. Cum autem communis omnium opinio sit Aristodemum Temeni, & Cresphontis fratrem in ipso expeditionis apparatu mortuum esse: Lacedæmonii tamen, ut refert Hero- dotus lib. vi. Aristodemum apud se regnasse contende- bant, eique filios ambos pariter esse successores. Præ- fiat communem hac in re sententiam amplecti. secun- dum quam Lacedæmoniorum sub Heraclidis regnum in- nit anno Per. Jul. 3612. post Troje άλωση anno octo- gesimo secundo; ante Olympiadem primam, 326. Quod Eusebio consentaneum est: cujus in Chronico annus ab Abrahamo 916. est Eurythæi primus. Dux porro familia regum erant. altera ab Eurythene: quæ Eurythendarum nominata; eaque princeps. altera Proclidarum à Procle, quæ & Eurypontidarum ab Euryponte Proclis nepote dicta. quemadmodum & prior Agidarum ab Agide Eurythæis filio. Sed posterior minus honorata fuit, ut Herodotus refert lib. vi. ob id unum; quod Eurythenes prius in lucem editus fue- rat: uti certa ratione deprehensum est, quam ex eo- dem repetit. Eusebius Lacedæmoniorum regnum de- fuisse scribit anno ipso, quo Olympias prima celebrata est. Novem quippe dumtaxat reges ex una Eurythe- nidarum familia numerat: quorum postremus est Al- cæmenes, qui sane sedissimus est error. Constat enim longe postea propagatos esse utriusque familia reges. Nam Cleomenes Leonidæ F. ex gente Eurythēnida-

Dux fa- milia regum Lacedæ- monio- rum.

pag. 166.

pag. 220.

Propter Part. 2. de prædiction. Dei cap. xviii. primus Judas inter ceteros judices fuit qui judicavit Israël; mox Deborah nomi- nat. Videtur Othonielem intelligere. Tetovini.

rum postremus, qui in Ægyptum fugit; mortuus est anno I. Olymp. ext. ut refert Polybius. Quamquam ex eodem genere substitutum refert Agesiopolidem Age- sipolidis F. Cleombroti nepotem: ex altera vero fami- lia Lyeurgum, qui tamen alienus erat, & regnum præ- tio comparaverat. Duravit ergo Spartanorum regnum annis ferè 883. hoc est ab anno Per. Jul. 3612. ad 4494. quo mortuus est Cleomenes.

Sub idem tempus Heraclidæ Corinthi regnare cœpe- runt; quorum primus fuit Aletes à quo deinceps usque ad Cypseli tyrannidem regnarunt, quæ posterior est Heraclidarum reditu anni 447. ut ait Diodorus in Col- lectaneis Græcis Scaligeri. Quamquam non plures exis- tiant anni quam 417. ex regum ferie, quam ibidem Diodorus exponit. nisi forte ultimum Cypseli tyranni- dis annum comprehendat. Quintus ab Alete fuit Bac- chis; à quo Bacchiadæ deinceps appellati reges. Postre- mus fuit Automenes: qui cum annum regnasset, pos- tea annui Prytanis constituti nonaginta annis præfe- runt, usque ad Cypseli tyrannidem. Pausanias Corint. ultimum Heraclidarum regum Telestem esse dicit, qui ab Arico, & Peranta occisus est. Sed perexiguum dif- crimen est. Automencem ponit Eusebius anno Abraami 1238. tertio ante primam Olympiadem. Ab anno ita- que Per. Jul. 3612. quo regnum Corinthiorum in- nit, ad 3935. quo Automenes desit, anni sunt 324. adde 90. ad Cypselum; cœperit ille anno Per. Jul. 4025. Olympi- adis xxi. anno quarto. Atqui Periander ejus filius cœpit anno primo Olympiadis xxxviii. ut rectè ponit Eusebius, Per. Jul. 4086. & quadraginta regnavit an- nis, mortuus anno quarto Olymp. xviii. ut auctor est Laërtius. Proinde Cypselo anni erunt imputandi lxxii. Atqui non plures xxx. ab Herodoto tribuuntur. Ergo Herodo- tianis annis cxxxii. circiter, non xc. Prytanis præfuerunt. Ab initio regum Heraclidarum ad Periandri mortem, anni sunt 518.

CAPUT XXXIV.

De conditu Templi Salomonici. Quanta sit computandi ab Exodo ad hanc epocham temporis difficultas, & de variis super ea sententiis; qua minus probantur.

LIBRO III. Reg. cap. vi. 1. expressa Scriptura ver- ba sunt, quibus intervallum istud definitur annis cccclxxx. Factum est ergo quadragesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto mense Zio. Ipse est mensis secundus regni Salomonis super Israël. adificari cepit domus Domini. Hæc tam diserta factæ historie verba nemo esset, qui aliter interpreta- retur, quam anno ipso quadragesimo, & octogesi- mo ab eo, quo egressi sunt Israëlita, mense secundo templi conditum auspiciatum esse Salomonem, adeoque mundi 2932. Per. Jul. 3662. vel quoniam Hebraicè scriptum est, שנת שניו שלמה בנת בית יהוה, sequente anno: mundi 2933. expletis cccclxxx. & incunte cccclxxxii. Nam littera nonnumquam est idem atque, post. Verum ex aliis scripturæ locis perplexa controver- sia nascitur; utrum accuratus ille sit numerus: aut com- moda aliqua interpretatione sic explicandus, plures ut anni reipsa, quam qui exprimi videntur, in illud spa- tium incurrant. Exponam breviter unde tam aperte con- cepto numero dubitatio, ac difficultas oborta sit.

In libro Judicum, & I. Reg. ubi totum illud intervallum per partes describitur, & eorum, qui tum populo præ- fuerunt, tempora dinumerantur, multò plures anni ex singulorum spatii in unam summam collectis efficiun- tur, quam cccclxxx. * Etenim post Josue obitum, cum ad vicinarum gentium superstitionem defluisent Judæi, traditi sunt in servitutem Cusani Rafathaim re- gis Mesopotamiæ; servieruntque ei annis viii. Jud. III. 8. Inde quievit terra xi. annis, quibus Othoniel administravit, com. 11. Postea cum denuò peccassent, traditi sunt in potestatem Eglonis Moabitæ regis annis xviii. com. 14. Sed resipiscitibus illis, excitavit Dominus Aodum; sub quo terra quievit annis lxxx com. 35.

com. 35. Rursum peccantes Israëlita dediti sunt Jabino regi Chananao, cui servierunt annis xx. Jud. iv. 3. Liberati sunt portò à Debbora & Baraco; quievitque terra annis xl. cap. v. 32. Post in Madianitarum potesta- tem venerunt annis vii. cap. vi. 1. Unde a Gedeone liberati; quo præsidente, quievit terra annis xl. cap. vii. 1, 28. Secundum hæc regnavit Abimelech annis III. cap. ix. 22. Postea Thola judicavit annis xlii. cap. x. 2. Suc- cessit Jair, annis xxii. com. 3. Inde per annos xviii. oppressi sunt à Philisthæis, & Ammonitis, com. 8. Seph- the deinde judicavit annis vi. cap. xii. 7. Post hunc Abefan judicavit annis vii. com. 9. Successit Ahialon Zabulonites, annis x. com. 13. Tum Abdon annis viii. com. 14. Sub hæc Philisthæis servierunt, annis xl. cap. xiii. 1. Samson exinde judicavit annis xx. cap. xvi. 31. Hæc in libro Judicum. At libro I. Reg. Heli judicavit Israëlita annis xl. cap. iv. 18. Actorum verò xlii. 20. Samuel & Saül præfuerunt annis xl. David regnavit annis xli. Reg. II. cap. v. 4. Postremi sunt Salomonis anni iv. Colliguntur anni ab eo tempore, quo à Chusan oppressi sunt, dxxxiv. Quibus adjungendum primum anni xl. qui- bus in solitudine versati sunt Israëlita. Tum anni vii. ad xlviii. & assignacionem agrorum. Fiunt anni, qui in facris litteris expressi, ac distincti sunt, dxxxii. Atqui Josue post distributionem agrorum aliquot vixit annis. Josue enim lib. v. cap. i. sub finem scribit illum sege- ram fuisse post Moysi obitum, annis xxv. Dempitis vii. quos jam computavimus, reliqui sunt adiacendi xvii. Eusebius in Chron. imputat eadem annos xxvii. Ex quibus xx. post Josue mortem seniorum mentio fit, qui longo post Josue vixerunt tempore; sub quibus

Israélite Domino servierunt. Quare antequam Chu- sano servierent, post obitum Josue aliquanto tempore in officio sese continuerunt. Serviorumque Israël, ait Scriptura, Domino cunctis diebus Josue, & Seniorum, qui longo vixerunt tempore post Josue, &c. Quare omni- bus annis unam in summam conjectis, plures quam oc- confurgunt ab exitu Israëlitarum ad Templi conditum.

Præterea Actorum xlii. 20. post κληρονομιαν ad Sa- muelem usque numerantur anni ccccl. & ἐξ ἧς πάντα ὡς ἐπαι τετρακισσίοις ἢ πενήκοντα, ἰδὼμε κερτα, ἰσὺς Σαμουηλ & Προφῆτι. Quæ in Latino paulo aliter distinguuntur. Sorte distribuit eis terram, quasi post quadragesimos, & quinquaginta annos: & post hæc dedit Judices usque ad Sa- muelem Prophetam. Ex Græco apparet ista: Quasi post quadragesimos, &c. cum sequentibus esse copulanda. Igitur Judices ad Samuelem usque, & quidem excludi- ve: (Nam ejus & Saülis anni xl. separatim subiunguntur) annos auferunt ccccl. Adde nunc Davidis xl. Salo- monis iv. Tum xvii. ab Exodo ad κληρονομιαν: Josue xx. & Seniorum quot voles; nonne haud paulò plures, quam qui in lib. III. Reg. numerantur, anni consient? Reliqua, quæ ad augendam hæsitacionem pertinent, argumenta prætermitto: veluti quòd est in libro Judicum singillatim enumerentur ii, qui populo ju- diciaria potestate præfuerunt: non tamen satis illud declaratum est, utrum ἀμείων, ac nullo interjectio- spatio, vel interregno, insequentes Judices successerint; an aliquod tempus à priori Judice ad postero- rem elapsum, & à Scriptura dissimulatum fuerit. Sed quæ sunt expressa Judicum, aliorumque intervalla, & hæcenus explicata, in sequenti tabella describe- mus.

Laterculum Judicum ex Scripturæ & aliorum ratiociniis.

Ex facris libris.	Anni.	Loca ex quibus colliguntur anni.	Ex Clemente Alexandrino Lib. I. Strom.	Ex Eusebii Chronico.
Moyfes	40	Jos. 5. Orig. 1.	Moyfes	40
Josue	25	Jos. xxv, 31.	Josue	27
Seniores longo tempore			Servitus sub Chufachar	8
I Servitus sub Chufan	8	Jud. III, 8.	Othoniel	40
Othoniel	40	Jud. III, 11.	Aod	80
II Servitus Moabitica	18	Jud. III, 14.	III Servitus sub Jabin	20
Aod	80	Jud. III, 30.	Debbora	40
III Servitus Chananaa	20	Jud. iv, 3.	IV Servitus sub Madian	7
Debbora	40	Jud. v, 32.	Gedeon	40
IV Servitus Madianica	7	Jud. vi, 11.	Achimelech	3
Gedeon	40	Jud. vii, 28.	Bolean Bedan F.	23
Abimelech	3	Jud. ix, 22.	V. Servitus sub Ammon.	18
Thola	23	Jud. x, 2.	Jephthe	6
Jair	22	Jud. x, 3.	Abattham ex Juda	7
V Servitus Ammonitica	18	Jud. x, 8.	Ebron Zabulonites	8
Jephthe	6	Jud. xi, 7.	Eglon ex Ephraim	8
Abefan	7	Jud. xii, 9.	V Servitus sub Philisthæis	40
Ahialon Zabulonites	10	Jud. xii, 13.	Samfon	20
Abdon	8	Jud. xii, 14.	Heli	40
VI Servitus Philisthæa	40	Jud. xiii, 1.	Samuel	27
Samfon	20	Jud. xvi, 31.	Saül	20
Heli	40	I Reg. iv, 18.	David	40
Samuel & Saül	40	Act. xii, 20.	Salomon	4
David	40	II Reg. v, 4.	Colliguntur anni	594
Salomon	4	III Reg. vi.		
Colliguntur anni	599			